



De humanis traditionibus vitandis. ;

<https://hdl.handle.net/1874/424059>

DE HVMA

NIS TRADITIONIBVS
VITANDIS.

ITEM.

DE INIQVO MAMM^{AS}
NE, LVCAE XVI.

CONTIONES.

Martino Luthero authore.

Ioan. Rhellicanus Tigurinus.

*Vertimus hæc olim quum nos cantata souebat
Vuittenberga, bonis instituens studijs.*

AMVH ECI

QUAM QUITAAT SIA

AVGUSTI

ESTI

AMVH QVITI AS

ANU RACVLA

AMVH QVITI

AMVH QVITI

AMVH QVITI

AMVH QVITI

AMVH QVITI

IOANNES

RHELLICANVS, TIGVRINVS,

Iacobbo Rhellicano, cognato suo, in
Christo Iesu salutem dicit.



CIS (ut opinor) quam soli/
cite Melanchthon πολυνισωρ
ille, sesquianno iam elapso nos
ad stylī exeratium adhortari
cooperit, neminem inquiens.
uel mediocrem dicendi facultati
tem sibi paraturū esse, quamli
bet multos etiam primē classis authores audiuerit
& legerit, nisi stylum sedulo, ac diligenter exercue
rit. Illius itaq; fideli praeceptore dignis monitis pro ui
rili mea parere studens, præterito hyberno semestri
duas Lutheri contiones in Latinam linguam tran
stuli, quæ domi nostræ delitescentes, diu anceps certa
men cum tineis ac blattis habuerunt: adeo, ut nisi nu
minis cuiusdam beneficio, Gallus quidam eis suppe
tias tulisset, de earum salute actum fuisset. Is enim
(quum familiaritatem mecum, ex eo contraxisset, quod
mibi literas à Lau. Agricola uasero, & Wolffgango,
ante dominicum Natalem attulerat) me accessit, &

a 2 conterranei

EPIST. IOAN. RHELLI.

conterranei sui nomine, qui recēs Vuittenbergam uenerat, rogauit, ut aliquem ex Lutheranis libellis Germanico sermone scriptum, in Latinum eloquiū trans ferrem, addens se eandem prouinciam compluribus alijs iniunxit, ut scilicet et patrie suæ Lutherana rum lucubrationum legendarum, & intelligēdarum maior copia fieri posset. Ibi tum p̄dictas contiones à blattarum confictu semianimes uix creptas illi exhibui, iussiq; ut easdem conterraneo suo ostenderet. Quo facto, ad me redijt, dixitq; contiones à conterraneo probari, quamlibet à tineis vulneratae essent: cumq; præterea rogasse, ut libellum de hominū doctrinis uitādis uerterem. Illius igitur precibus acquiescens, uerti & hunc libellum, quem tibi in hoc nominatim dicare decreui, dilectissime cognate, quod sciā te āngens certamē iam olim cū patre tuo, reliquisq; consanguineis propter humanas traditiones suscepisse, nempe dum tibi persuadere nituntur, ut Papisticis sa cris initieris. Erit autem uel ob hoc gratum tibi munusculum hic libellus, si nulla cum tibi eruditio commendabit, quod locos plerosq; omnes, humanas traditiones pessundantes, ueluti fasciculo quodam complectitur. Itaq; mi Iacobe fac munusculum hoc nostrum bylari fronte suscipias, olim fortassis maiora et emaculatiora accepturus, Vale. Vuittenberga ex Musaeo nostro. ii. Kalendas Iunias. I 5 2 3.

Libelli

LIBELLI³

H V I V S L E C T O R I B V S , E T A V =
d i t o r i b u s , L u t h e r u s g r a t i a m , & i n t e l l i g e n t i a
a deo p a t r e o p t a t . A m e n .



I C S C O P V S , E T h e c Quibus
occasio istius libelli edēdi fuit, hic libel-
li optimi lectors, & auditores, Ius scri-
ut miserias & adflictas consci ptus sit,
entias, in coenobijs, ac collegijs
per humanas traditiones uin-
etas, pristinæ libertati restitu-
erem, nempe ut diuino uerbo armati, & roborati,
in mortis agone, atq; alijs temptationibus consistere
possint. Neq; enim ijs isto libello patrocinari uelim,
qui uesana quadam temeritate ducti, Christianismū
in hoc situm esse arbitrantur, ut lac, oua, carnis e-
dant, non confiteantur, ex sanctorum imagines de-
moliantur. Illos nanq; ijs plane comparandos esse
censeo, qui Israëlitica castra concacabant, cum ta- Deu. 24.
men cautum esset, ne quis intra ea uentre exonerai-
ret, sed ut castris & grederetur, si quando necesse ha-
beret, atq; inibi excrementa terra obrueret. In hunc
quoq; modum et nos sordidas istas upupas in nostro

nido ferre cogimus, donec à deo ejulantur, et dignas
sue temeritatis poenas dederint. Proinde hanc Chri-
stianam libertatem ijs tantummodo scriptam, & pro-
dictam esse uolo, qui humanis traditionibus & statu-
tis irretiti sunt, se seq; libenter diuino uerbo inde ex-
plicaret, (ueluti sunt Moniales, et Monachi quidā)
ut scilicet eorum conscientiae pacentur, sciantq; quo
pacto diuine, et citra periculum monasteria
relinquēda sint. Deniq; quo modo hac
libertate digne, & Christiane
uitendum. Quod ut rite
fiat, faxit deus.
Amen.

LOCI EX

SCRIPTVRIS, QVIBVS PRO
batur, humanas doctrinas uitandas esse.



RIMVS DEV T. CA.

4. Moses sic ait: Nec adpos
netis, nec detrahatis uerbo
quicquā, quod uobis denun
tio. At queret aliquis, quur
Moses uetet aliquid libris su

is addi, cum tamen uideamus Pentateu

propheticos libros, atq; adeo nouum instrumentum chū totā
illis additum eſe? Respondeo, nihil noui illis additū scripturā
esse, sed eandem rem addititijs libris comprehendēti.

Hi enim ob hoc potissimum scripti sunt, ut exemplis
indicarent, quo pacto Mosaica lex seruata sit, aut
seus. Quippe tametsi alijs, atq; alijs uerbis, ac gestis
inſigniti sint, tamen eandem doctrinam, & concor
dem sententiam præſererunt. Porrò huic rei, tanquā
ſolidæ petræ, innitendum est, quod nihil in reliquis
scripturæ libris reperire sit, quod non iam ante in
Mosaicis libris perscriptū sit. Quandoquidem uni
uersa scriptura in ſolum Christū directa eſt, eumq;
nobis deſcribit. Quod Christus ipſe Ioan. 5. teſtatur.
Moses, inquit, de me ſcripsit. Quocirca quicquid re

TRADITIONES HUMANA S

Vniuersa liqui scripturæ libri describūt, id omne Moses in $\pi\tau\epsilon\nu$ scripturā $\tau\alpha\tau\epsilon\nu\chi\omega$ suo, ueluti archetypo quodā cōplexus est. in Chri-
stum ten- **S** ECVNDVS est Esaiæ undetrigesimo, quem
dere. Christus Matthæi.15. citat: Populus, inquit, iste
labijs solū me colit, eorū autē cor longe à me dissitū
est. Verum frustra me colunt. Quandoquidem huma-

nas doctrinas et traditiones docēt. In quo loco, Christi dictum adnotabis, quom inquit, deū frustra coli,
ubi secūdū humanas traditiones colitur. Christus enī
nō temulētorū, aut delirantiū more loqtur. Idcirco et
eius uerbo, præ oībus creaturis, et angelis, innitēdū est

TERTIVS est Christi, prædictio Mat.ca. Quic
quid per os intrat, hominem non polluit, sed
quod ex ore egreditur, hominē inquinat. Huic senten-
tiæ, siue iudicio fortiter insistendū est: quoniam magno
impetu, doctrinas, consuetudines, uitæ conditiones,
qua in uictus delectu uersantur, cumq; discernunt

Liberum pro temporis qualitate, funditus pessundat, omnesq;
esse quo: cōsciētias à legibus, quæ super corporalibus alimētis
libet die latæ sunt liberat, nēpe ut liberū sit, quolibet die, si-
et tempo ue dominico, siue ueneris, butyro, ouis, caseis, et carni-
re, quibus bus uesci. Neq; opus sit, ut bullatas nugas multis
libet ab his grossis à papa mercemur, quo in quadragesima, &
uesci. domini aduētu prædictis cibis uti audeamus. Quoni-
amquidē uerbū istud firmū est, nec cuiquā imponit:
Quicquid per os intrat, hominē haud contaminat.

Hinc

VITANDAS MART. LVTH. 5

Hinc primum patet, merita mendacia esse, quae de S. Petro feruntur, quod quadragesimam instituerit. Item quod ab Ecclesia sub capitalis delicti poena carum sit, ut nemo in quadragesima, oua, butyrum, lac, carnes edat. Quandoquidem Petrus, seu ecclesia, nihil aduersus Christum instituit, aut docet. Atque si id facerent, tamen eis non optemperandum esset. Non quod iejunare, et ab eiusmodi cibis abstinere piaculum sit, sed hoc deinde culpandum est, quod ex libertate necessitatem, et legem Papistae faciunt. Quodque praetendunt, ac docent id peccatum esse, quod Christus pro peccato non habet, neque contaminare ait.

SECVNDO, hinc elicetur, meras diaboli illusiones esse, dum Papa literas uendit, ac prænominatos abos edere coöcedit, quum iam ante ijs, secundum hoc Christi uerbum, libere uti potuerimus.

TERTIO, & iste error inde redarguitur, quod papistæ plenis buccis intonant, ecclesiam sub capitaliis peccati delicto præcepisse, necessarium esse, ut in quatuor anni temporibus, Apostolorum, et quorundam aliorum diuorum uigilijs iejunemus. Quæ omnia illud Christi dictum pressundat: Quicquid per os etc. Ieiunium siquidem liberum, et uoluntarium esse debet, ita ut citra dierum, et ciborum delectum quisque pro sua necessitate ieunet, aut fecus.

QVARTO, Benedictini, Bernardini, Carthusie
¶ 5 ni, atq;

TRADITIONES HUMANAS.

ni, atq; omnes alij, qui carnibus, et his similibus, propter humanas traditiones, et uitandi peccati gratia, abstinent, Christo ex diametro repugnant. Quādoqui dem corū doctrina, Christi doctrinæ prorsus aduersatur, in hunc modū. Quicquid per os intrat, coinqnat. Christū nang; mendacij arguit, qui dixit: Quicquid per os intrat, hominem non polluit. Atq; ita uides, illo Christi dicto, omnes Monachorū sectas, atq; adeo totum illud spirituale, quod sic falso nominant, regimen pessum ire, atq; damnari. Nam si id, quod per os intrat, hominem non coquinat, quanto minus ea, que corpus tegunt, ut est cucullus, tunica, interula, tibialia, calciamenta, palliū, color uiridis, flavus, croceus, rufus, albus, uersicolor, præterea locus, templum, domus, cubiculum, hominem contaminabunt? Hinc sequitur, Christum rursus ab ijs mendacij insimulari, qui pro peccato habent, si Monachus quispiam præter sui ordinis morem uestiatur: ubi etenim Christus peccatum esse negat, illi ibidem peccatum esse adfirmat. Quid igitur quæso hoc aliud est, quod genus hoc hominum facit, quam Christo in faciem dicere, Mentiris: ibi siquidē peccatum est, ubi tu nullum esse afferis. Neque uero illos quicquam iuuabit, etiam si nobis Bernhardum, Gregorium, Franciscum opposuerint. Quippe Christi dictis magis audientes esse debemus, qui solus à patre

à patre suo cœlesti in monte Thabor doctor creatus
 est, dum inquit, Matthæi.17. Hic est filius meus dia-
 lectus, in quo mihi bene complacitum est, ipsum au-
 dite. Neque enim pater hic dixit, Bernhardum,
 Gregorium &c. audite, sed hunc, hunc, hunc meum,
 dilectum filium audite. Porrò autem quis nouit, an
 sancti isti viri hæc agentes bene operati sint, an de-
 liquerint? Ipsi enī haud dubie hæc nō coacte, aut pro-
 pter præceptū sic seruauerūt, aut si ita seruauerunt,
 nō iccirco imitandi sunt, & Christus relinquendus.
 Hæc omnia Christus eodem Matth. capite, sequenti di-
 eto confirmat. Quod ex ore (inquit) egreditur, hoc
 minē contaminat: per illud enim mali adfectus ex corde
 erūpunt, ut sunt res amatoriae, adulteria, furtæ, menda-
 cia, obtræstatiōes &c. Hæc de mū hominē coinquinat.
 Hic querimus (quum id solum peccatum sit, quod ex
 corde manat, quemadmodū Christus plenissime cons-
 eludit) quo nam pacto butyrum, casei, lac, oua homi-
 nem coinquinent, quom non ex ore, sed ex uaccæ uter-
 ro, & gallina proueniant? Quis etenim quæso un-
 quam, carnes, rasuras (quas sacerdotum coronas uo-
 cant) cœnobia, cilicia, ex ore prouenire uidit? Vacca
 fortassis peccant, dum lac, butyrum, & uitulos nobis
 producunt. Proinde Monachorum somnia, atq; adeo
 humanae traditiones omnes de uictu, uestimentis, locis,
 atq; omnibus externis rebus, non tantum diuinæ ma-
 testati

TRADITIONES HVMANAS

festati derogant, hominibusq; imponunt, uerum etiam
ridiculae, & simiarum ludis similes sunt. Verum qui-
dem est, aliquem lautis abis, et preciosis uestibus in-
hiare posse, at hic affectus ex corde proficiuntur, &
& que auidae pisces, atque carnes quispiam edere poten-
tit. Item reperies, qui in crocea tunica perinde super-
biat, atq; aliis in serico. Summa, Christus nos non fal-
lit, dum haec dicit: Quicquid per os intrat, hominem
non polluit, sed quod ex ore egreditur hoc demum conti-
guinat. Quod si ueru est, in omittedis humanis tradi-
tionibus hominem non pollui neque peccare, necessario
sequitur, neminem mundari, aut aliquid mereri, si eas
seruauerit, praesertim quom id solum mundum, &
meritorium sit, quod peccato & immundiciei opponi-
tur. Propterea in uniuersa Monachorum uita nihil,
neque purum, neque præmio dignum est. Id quod &
Christus Matth. 15. sentit: Incaßum, inquit, hominum
mādatis me colunt. Quorū fructuā ideo nempe, quod
omittendo ea nihil peccatur, & seruando nihil mere-
tur: mediae siquidem res sunt. Quamobrē ipsi se fal-
lunt, dum meritum ubi nullum est, imaginantur: &
peccare se putant, ubi nihil peccari potest. Ita ut il-
lud Psalmi. 13. probe in eos quadret: Timent, inquit,
sibi, ubi nihil timendum est.

QUARTVS LOCVS est apud diuum
Paulum. 1. ad Timoth. 4. Spiritus, inquit, pa-
lam

lām loquitur, quod in extremis tēporibus desēscēt
quidam à fide, attendentes spiritibus impostoribus, ac
doctrinis dæmoniorum, per simulationem falsiloquo-
rum, cauterio notatam habentium consācentiam, pro-
hibentium contrahere matrimonium, iubentium absti-
nere à abīs, quos deus creauit ad sumendum cum gra-
tiarum actione fidelibus, & his, qui cognouerunt ue-
ritatē, quod quicquid creauit deus, bonum sit, & ni-
bil reiūciendum, si cum gratiarum actione sumatur.
Sanctificatur enim per sermonem dei, ac precationē.
De his si commoneſcēris fratres, bonus eris minister
Christi, enutritus in sermonibus fidei, bona & q̄z doctri-
næ, quam usque secutus es. Ceterum prophanas, &
aniles fabulas reiūce.

Deum immortale, quāto uerborū impetu, & qua-
si tonitru quodā, Apostolus humana opera, doctrī-
nas & sectas impetit ac concutit. Principio equidem
dum traditionarij isti olim gloriabuntur, suas se tra-
ditiones à Papa, & sanctis patribus accepisse, quid
quēſo Christus super hac re iudicabit? an non sic di-
cet? Paulus apostolus meus, et electū organū (quem-
admodum Lucas in Apostolorum actis scriptum re-
liquit) fuit, cur igitur non plus illi, quam Papa, & pa-
tribus credidistis? præsertim cum nesciueritis, an hi
dei, an diaboli instrumenta fuerint. Quid tunc quē-
ſo reſpondebunt? Secundo, traditionarios istos
querimus,

TRADITIONES HUMANAS

quærimus, num butyrum, oua, carnes, lac, & reliqui
abi, à quibus ipsi in ieunijs, & ordinibus suis absti-
nent, bona dei creaturæ sint. Quod si conadent (ali-
ter enim dicere non audebunt) certum est eos esse, de
quibus Paulus loquitur: nempe quod cibis interdicat,
quos deus in fidelium usum creavit, præterea quod
matrimonium contrahere uentent. Atque ita elabi non
poterunt, quin hoc Pauli dicto urgeantur. Proinde
uideamus, qd Paulus de ihs sentiat, quoue pacto eos
traducat. Primum itaq; à fide (inquit) descuerunt:
impossibile enim esset, eos operum iustitiā docuisse,
nisi & stimassent se inde iustificari. Atqui haec opinio
certissimum signū est, quod à fide descuerint: iustifi-
cationem enim operibus tribuunt, quæ soli fidei tri-
buenda est.

S E C V N D O, Falsis spiritibus attendunt (non
etenim ait, falsis hominibus, sed spiritibus) hoc est,
spiritualia præ se ferunt, spirituali appellatione gau-
dent, & omnia sua facta spiritu suggeste fieri aiunt.
Porro quum fide uacui sint, fieri non potest, quin in
spiritualibus rebus hallucinentur. Quoāc apte illa
mutuo se consequuntur, à fide desciscere, & erro-
neis spiritibus attendere.

T E R T I O, Apostolus illorum doctrinam dæ-
mone authore ortam esse dicit, id quod necessario se-
quitur. Quandoquidē ubi fides, atq; adeo diuinus spi-
ritus

Situs non est, ibi Satan mirus eiusmodi rerū artifex, erraticos istos spiritus phaleratis doctrinis, et operibus eō uesaniae & superbiæ ducit, ut credat, se quām spiritualissimos esse. Atqui quū illa doctrina ex sc̄rituris non manauerit, non potest non diaboli esse.

QVAR TO, Falsilo qui sunt, quia sacrosanctam scripturā, et patrum dicta ad sua somnia detorquēt, quemadmodum cotidie fieri uidemus. Quod autem scripturam torqueant, hinc patet, quod ipsorum doctrinæ, & scripturis nihil prorsus conuenit.

QVINTO, Eorū status mera hypocrisis est: quod adeo clarum est, ut nullis glossis indigeat: quid enim tota illorum uitæ conditio aliud est, quām sp̄ctrum, & hypocrisis in externis rebus, ut uidu & uestimentis?

SEXTO, Conscientiam cauterio notatam habent, hoc est, conscientiam ab humana natura alienā habent: ibi siquidem peccatum statuunt, & sibi male consci sunt, ubi nihil peccari (ueluti prædiximus) potest, perinde atq; stigma in corpore alienum quiddam à reliquis acatriabus esse uidemus.

SEPTIMO, Matrimonii contrahere uetant, ut quāplurimos in puerum cœlibatus statū perducāt, quemadmodū sacerdotes et Monachos in eo impurissime uiuere uidemus. Quapropter diligenter dei iudicium super huiusmodi doctrinis, & statu obserua, utpote doctrinas

TRADITIONES HUMANAS

doctrinas à Satana ortas esse, erroneas, falsas, infideles, hypocriticas. Bone deus quis in hoc statu persecutabit, et his doctrinis acquiescet, quom deus tam horrendum de eis iudicium fert? Nihil uero retulerit, uel mille uota istis doctrinis ductum, fecisse, quo minus se hinc vindicare posset. Quo enim arctius uotum & iuramentum fuerit, eo magis perrumpendum est, propter ea quod Satana authore, & aduersus deum factum sit. Atqui consydera, quam belle illi se ex hac re explicare studuerint, dum hunc locū à se in Tatianos Hæreticos detorserunt, qui matrimonium penitus damnarunt. Verum enim uero Paulus hic non de ijs loquitur, qui matrimonium prorsus damnant, sed de ijs, qui sub quadam pietatis specie, & ut sanctiores uideantur, matrimonium contrahere prohibent. Porro, esto sanè, hæc in Tatianos dici, num ideo non in Papam quoq; dici poterit? immo maximè. Si etenim ea quæ Tatiani fecerunt, Papa facit, cur non & in hunc istæ uerba quadrarent? Siquidē Paulus hoc loco opera citra personæ respectum damnat. Qui uero matrimonium contrahere prohibet (quemadmodum uerborum contextus palam indicat) Satane discipulus, & Apostolus est: iam quum Papam talia facere constet, necessario sequitur cum cum tota Sophistarum cohorte diaboli discipulum esse, aut Paulum mentiri.

Octauo,

VITANDAS MART. LVTH. 9

OCTAVO, cibis aliquibus (quos ut cū gratia
rum actione sumātur, deus creauit) statim quibusdam
diebus uesci prohibent. Vbi rursus uides, humanas
doctrinas Saranæ à deo ipso per Pauli os, tanquam
per instrumentum tribui. Dic quæ so quid maius, quid
deniq; abominabilius de humanis traditionibus audis-
re queas, quam quod à fide desciuerint, errore, fals-
æ, diabolice & hypocriticæ sint? Atque cui uel hic
unicus locus ad uitandas hominum doctrinas non sa-
tis facit, quid tādem satis faciet? Porrò si hæc traditio
de abstinentiis cibis diabolica, & à Christianismo aliena
est, dubio procul & illa de uestibus, rasuris, locis,
alijsq; externis cōversationibus, & que diabolica, atq;
à Christianismo aliena erit. Verum hic denuo tergu-
uersantur, dicentes, Paulū de Manichæis loqui. Neq;
tamen ideo effugient. Paulus etenim de ijs hic agit,
qui cibis uesci prohibent, id quod Papa cum suis fa-
at: iam siue Papam Manichæum, siue Tatianū uocat,
non labore, quippe Apostolus de eo hic opere loquitur,
cui Papam obnoxium esse uidemus. Proinde et locus
iste belle in eum quadrat. Nam si cras, uel perendie
aliquis eosdem cibos prohiberet, num iccirco locus
iste in eum nō quadraret, etiā si nō Manichæus uoca-
retur? Quandoquidem eo modo quisq; id libere fac-
re posset, quod Paulus hic prohibet, ac dicere hunc
locum ad se nihil attinere, sed ad priscos Mani-
chæos.

TRADITIONES HVMANAS

theos. Absit. Porro an Papa Manicheus sit una cum suis Monachis & sacerdotibus, aliorum iudicium esto, hoc tamē interim dicere non uerebor, eum ita Pauline doctrine aduersari, ut haud sciā, an Manicheorum aliquis magis aduersatus sit.

NONO, ingratia sunt: deus enim cibos ideo (ut Paulus hic ait) creavit, ut cum gratiarum actione sumantur. Iam ipsi hāc ob causam illis abstinere mandant, ut deus illis sumendis nō laudetur. Quorū omnīū fons & origo infidelitas est, et quod diuinæ ueritatis expertes sunt. Nam Apostolus inquit eosdem cibos fidelibus, atq; ijs, qui ueritate cognoverūt, creatos esse, ut illis cum gratiarum actione uescantur. Quod si uero infideles, & ueritatis ignorantes sunt (ueluti Paulus eos hoc loco uocat) haud dubie Ethnici à Christianismo alieni, cæd, et insipientes sunt. Atq; hoc demū est Papæ, Sacerdotum & Monachorū elogium, quo à Paulo celebrantur.

DECIMO, perniciosi contionatores sunt, quod ex eodem Pauli loco probatur. Quoniam ait Timothæum uerum prædicatore esse, & in fidei & bonorum operum sermonibus enutritum, si eosdem fratribus suis annūciauerit. Iam è regiōe ij nimirum falsi prædicatores sunt, & in sermonibus infidelitatis, peruersaque doctrinæ educati, qui diuersum quiddam ab hac Pauli doctrina docent.

Vndecimo,

V N D E C I M O , illorum doctrinas prophanas ,
 & aniles fabulas nuncupat . Quo quid quæ so contem-
 ptius dici potuit ? quam tñtos doctores circa eiusmo-
 di nugas uersari , quibus aniculae se post fornacē ob-
 lectare solent , eorumq; doctrinas prophana deli-
 ramenta esse , & ab omni sanctitate penitus aliena ,
 cum tamen ipsi spiritu sancto sugerente scri-
 ptas esse contendant . Quis itaque humanas tradi-
 tiones unquam adeo seuere refelli , & reprehendi au-
 diuit ? utpote quod fide uacua sint , gentiles , erro-
 neæ , diabolicæ , false , fucatae , conscientiarum car-
 nificine , diuinæ gloriæ , & creaturis oppositæ , per-
 niciose fabulas , & anilia deliramenta . Qui po-
 test igitur fugere tam horrendum dei iudicium ,
 fugiat .

QUINTVS LOCVS apud Paulū in Co-
 lossensib; cap. 2. est : Ne quis , inquit , uos iudi-
 cet in cibo , aut potu , aut in parte diei festi , aut nouili-
 ni , aut Sabbatorum , quæ sunt umbra rerum futura-
 rum , corpus aut Christi . Ne quis uobis palmā inter-
 uertat data opera per humilitatem , & superstitionē
 angelorum , in his quæ non uidit fastuosus incedens ,
 frusta inflatus à mente carnis suæ , nec obtinēs caput ,
 ex quo totum corpus per commissuras , & compag-
 nes subministratū & cōpactū , augescit augmēto dei .
 Itaq; si mortui es sis cum Christo ab elemētis mundi ,

TRADITIONES HUMANAS

quid quasi uiuentes in mundo , decretis tenemini? Ne tetigeris , ne gustaris , neque contredaris , que omnia ipso pereunt abusu , iuxta præcepta , & doctrinas hominum , quæ uerbotenus quidem habent speiem sapientiae per superstitionem , ac humilitatem animi , & lesionem corporis , non per honorem aliquem ad expletionem carnis . Nunquid igitur Paulus rursum de Manichæis , & Tatianis hic loquitur ? aut aliquis Papistas hinc vindicare poterit ? nullo modo : quoniam Apostolus de ijs hic loquitur , qui miseris conscientias humanis doctrinis ita illaqueant , ut discernerant cibum à cibo , potum à potu , uestem à ueste , deinceps omnia externa . Porro Papam , collegia , & coenobia hæc facere in confessio est : eorum siquidem decretis cautum est , ut statim quibusdam diebus à carnibus , ouis , butyro homines abstineant . Item quum ipsis peculiare , et à ceteris hominibus diuersum uestitū habeant . Atqui Paulus aduersum hæc oīa fortiter pugnat .

P R I M V M , quum inquit : Nemo uos in cibo , potu , uestibus aut diebus iudicet . Quod quid aliud quas so est dicere , quam , ne sitis sacerdotes , Monachi , neque Papæ decreta seruetis , neq; credatis id peccatum esse , quod ipse pro peccato uenditat ac habet ? Atque hic uides deum per Paulum electum organū suum præcipere , ut Papæ , & coenobiorum decreta contemnamus , aut saltē ut libera esse , & media sciamus , ne quando

VITANDAS MART. LVTH. II

nequādo cōscientias nostras irretiant, si minus cauit
fuerimus. Quod nihil aliud est dicere, quām nolite
Monachi, & Sacerdotes fieri, atq; qui iam ante pa-
pisticis sacris initiati sunt, hinc se vindicent, aut ita
Papistica decreta seruent, ut si quando ea omiserint
nihil se peccasse putent, eaq; libera esse existiment.
Tamen si uero haec de Iudeis dicta sint, qui secundū
Mosaicam legem illa seruabant, (quandoquidē Paulus
hic ait ea umbram & figuram futurorum fuisse,
corpus autem Christi) nihilominus tamen multo ma-
gis in Papæ, & Monachorū decreta quadrant: quia
si id cessat, quod deus instituit, neq; ultra conscienc-
tias ligare debet, quanto magis nihil ab hominibus in-
stitui, & seruari debet, quod conscientias liget? id
quod sequentia clarius indicabunt.

S E C V N D O ait: Ne quis uos defraudet, aut
metam malitiose transferat, ut à scopo aberretis, &
brauio defraudemini. Quasi diceret: Cauete uos
bis, ne quis uos à fide (que unica uia est ad salutis
brauium consequendum) in operū confidentiam se-
ducat, ut uelitis alio quodam modo iustificari, & sal-
utis brauium aſſequi, quem Papistæ præscripſerūt.
Porro cuiusmodi uiam, et modum illi præscripſerūt,
iam intelliges ex sequentibus.

T E R T I O ait: Ne quis uos decipiatur in uolu-
taria, & electitia humilitate ac Angelorum super-

TRADITIONES HUMANAS

stitione. An nō suis (ut aīt) coloribus Monachorum
sectas depinxit, unā cū toto Papistico grege? An non
Papa, atq; Papistæ omnes, oēs suos boatus, & obedi-
entia pro optimis uirtutibus et operibus habent? atq;
hec demū magnifica, et religiosa Papistarū humili-
tas est. Verū à quo tandem p̄ecepta ipsi sibi elegerūt,
& in suam ipsorū perniācē eam excoitarunt. Eo si-
quidē pacto se ex cōmuni hominū humilitate, et obe-
diēti subtraxerūt, de quibus dei mandatū habemus,
ut scilicet alter erga alterū se summittat, alterq; alteri
obsequatur. Id quod illi neutiquā faciunt. Prophano-
nang; magistratui (cui Paulus parere iussit) subditi
nō sunt, eiusq; iugo excuso, peculiarem obedientiā,
et humilitatē cōmenti sunt. Nihilominus tamen (qua
sunt impudentia) iactitant suā obedientiam Laico-
rum obedientiam longo interuallo p̄cedere, quippe
perfectam, et Angelorū simile, cum tamen nullū ho-
minum genus inobedientius, et fastuosius in hoc ua-
sto terrarū orbe reperias. Quin etiā castitatis, et pau-
periei uotū uouerunt, neq; ut alij homines laborant,
sed coelestium angelorū ritu, noctesq;, diesq; deum iu-
gis precibus, et canticis laudant, et ut breuiter dicā,
prorsus coelestem uitā duare uidentur. Quū tamen
nemo horrendioribus libidinibus obnoxius sit, ditti-
or, magis impius, magis obduratus sit, quāq; quis se
spirituales uocant, nihilominus tamen speciosa, &

spiritua-

VITANDAS MART. LVT. 12

Spiritu ali sua uita cunctis mortalibus fidei scopū trans
ferunt, et in operū fiduaā, et iustitiā seducunt. Porrò
hac oia (ut opinor) nō de Iudeis, et Manicheis dicta
sunt, sed in Papistas, id quod eorū opera indicant.

Q U A R T O , In his, inquit, quæ nunquā uidit,
incedēs. Quod omniū perniciōsissimū in humanis do-
ctrinis, et uitæ conditione est, utpote quod ij, qui se-
cundū illas uiuūt, nullo scripturæ fundamēto, et exem-
plio nūcūt, incertiq; sunt, bene agāt, necne. Quant
doquidē omnis illorū conatus incertus est, adeo, ut si
queras, nū certi sint, suā conditionē et statū deo pla-
cere, dicāt se nescire, immō omnia bona opera sua m-
uentum iacere, et incerta esse. Id quod uel multi fate-
ricoguntur: quia fide uacat, quæ sola nos certos facit,
omnia, quæ agimus, deo placere, idq; haud merito
rū nostrorū causa, sed mera dei gratia . Omnis itaq;
illorum humilitas, obedientia, & sanctitas, quando
optima est, incerta & irrita est.

Q U A N T O , Frustra, ait, intumescunt, hoc
est, quanquam nullam intumescendi occasionem ha-
beant (incerti enim et infideles sunt, ac detestandam
uitam ducunt) nihilominus tamen cristas erigunt,
iactitantq; suam uitæ conditionem optimam esse,
& regiam esse uiam ad salutem consequendam, ita
ut reliqua hominum conditiones præ sua sordeant,
nullius que momenti sint. Verum enim uero tumi-

TRADITIONES HUMANAS

dum, & carnalem sensum miseri illi homines, prænimit, angelicamq; humilitatem, & obedientiam, non cernunt. O abominabilem humane doctrinæ fructum.

S E X T O, à Christo, inquit, capite descuerunt, & dissentient: impossibile enim est, humanas traditiones, & Christum in eadem sententia esse, alterum enim alterum pellit. Quandoquidem si conscientia Christo fidit, operū, & humanarum traditionum fiducia cadit. Sin uero operibus fidit, Christo nullus locus est. Nam fieri non potest, ut cor duplii fundamento nitatur, alterumq; cadere necesse est. At qui palam uidemus Papistas solis suis ceremonijs, & traditionibus fidere. Nisi enim illis fiderent, profecto eas nihil facerent, relinquerentq; aut saltē illis libere, & quando liberet, uterentur. Itaq; si nullum præterea periculum humanis traditionibus inesset, hoc heu nimis magnum foret, quod dum humanarū traditionum abominatione fidunt, Christum relinquunt, ab eoque desciscunt. Id quod & in priore epistola sua Petrus testatur, ubi Monachorum ordines horrendis uerbis describit. Sectæ, inquit, perditionis sunt, quæ Christum negant. Et in posteriore epistola, cap. 2. hunc in modum infit: Falsi inter uos doctores erūt, qui pernitosas sectas introducent, dominūq; qui ipsos mercatus est, abnegabūt.

S E P T I M O, ex ipsius Pauli uerbis manifeste

ste colligi potest, nostros Spirituales hic notari, quū
inquit: Si Christo cōmortui estis, quid adhuc ueluti ui-
uentes, humanis traditionibus uos uexari, & circum-
ferri sinitis: utpote hoc ne tetigeris, hoc ne ederis, &
hanc uestem ne gestaueris etc. Neq; uero aliquis n. ga-
re poterit, quin deus hoc in loco humanas doctrin-
nas et docere, et audire per Paulum uetuerit, si mo-
do cōscientiae ijs ligentur, et obstringantur. Nemo igit
tur salua conscientia, Monachus, Sacerdos, aut Papis-
ta esse poterit. Hi enim omnes uelint, nolint, fateri co-
guntur suas conscientias prædictis traditionibus irre-
titas, ac uinctas esse. Vides itaq; quā efficax hic locus
aduersus omnes humanas traditiones sit, et quā hor-
rendū auditu sit, quod Christū caput nostrū reliques
rint, à fide desciuerint, atq; ita tandem meri Ethnici
facti sint, quū tamen ipsi interim sibi persuadeant, to-
tum orbem sua sanctitate perinde niti, et consistere,
atq; Atlantis Mauritanī humeris cœlum.

SEXTVS locus itidē Pauli est, Gallatarū .i.
Si nos, inquit, uel Angelus de cœlo aliud quip-
piam uobis prædicauerit, præter id, quod prædicauis-
mus, anathema esto. Quem idmodū prædiximus, ita
nunc rursus dico: Si quis aliud uos docuerit, præter
id quod accepistis, et edoceti estis, anathema sit.

En tibi dei iudicium super Pape, atq; adeo omnium
hominū doctrinis, utpote quod anathema sint. Neq;

TRADITIONES HUMANAS

uero putas hoc anathema Papisticæ excommunicatio
nis fulmini, et deuotioni simile esse, sed æternū, qd'q; à deo, Christo, salute, omniq; bono separet, alienet
q; ac denique Satan æ mancipet. O tremendū dei iu
diciū. Ex his igitur apparet, num Papa, Sacerdotes,
et Monachi aliud quippiā, ac plus quam, quod Christus,
ciusq; Apostoli docuerunt, prædicent. Supra si
quidem dictū est, Christū sic docuisse: Quicquid per
os intrat, hominē nō coinqnat. Id quod Papa, Sacer
dotes, et Monachi manifestissime improbat, dicētes:
Christe mētiris, quandoq; Carthusiani edendis car
nibus polluitur, ac damnatur. Ita et huic sectæ simi
les, et eiusdē (ut aiunt) farinæ, sentiunt. An non hoc
est Christo pugnū in os inserere, eumq; mēdaciū in
simulare, ei maledicere, atq; aliud, quam ipse docuit,
docere? Proinde hoc perpetuae deuotionis iudicium,
optimo iure, sup diuinæ maiestatis blasphematoribus
latum est, ut scilicet in magnifica sua sanctitate pe
reant, ac condemnentur.

SEPTIMVS locus iterū Pauli est, ad Titū pri
mo cap. Doce eos, inquit, ne Iudaicis fabulis, et
humanis traditionibus attendat, quæ à ueritate auo
cant. Hic rursum uides Apostolum planè mandasse,
ne humanis doctrinis, et decretis attendamus. An
non hoc tibi infernus esse uidetur, aut saltem in
fernī ingrediendi occasionem præstare, quod ait,
humanas præceptiunculas à ueritate alienas esse, ho
minesq;

minesq; ab eadem alienare? Supra nanque diximur:
 Humanū cor nō posse simul Christo, & humanis do-
 cētrinis sive operibus fidere. Quamprimum enim id hu-
 manis traditiōibus nisi cōperit, à ueritate alienatur,
 eāq; nihil curat. Ediuerso aut ubi Christo fidere cō-
 perit, nō potest nō humanas traditiones nauicfacere.
 Ex his itaq; uides utrius deuotio, Christine an Papæ
 magis timēda sit. Papa eiusq; aſſeclæ diris suis excō-
 municationibus ultra Plutonis regiam te deuouēt, si
 ipsorū mandatis nō fueris audiēs. Christus uero suo
 perhenni anathemate tibi minatur, uetatq; ne illorū
 traditionibus, ac fulminibus attendas. Tu itaq; uide-
 ris, utri parendum sit.

OC T A V V S L O C V S diui Petri est, in
 posteriore Epistola cap. 2. Falsi doſtores, in-
 quit, erūt inter uos, q; pernicioſas ſectas clanalū indu-
 cent, dominumq; qui ipſos mercatus est, abnegabunt,
 ſibi ipſis celerem interitum accerſentes, & pleriq; il-
 lorum exitia ſequentur, per quos uia ueritatis male-
 dictis afficietur, & per auaritiam facticijs sermoni-
 bus de uobis negotiabitur. Hic palam cernere eſt, aur
 Monachorum diſcrimina, & Canonicorum collegia
 ſectæ pernicioſe ſint: ideo nempe quod Christū ne-
 gant, uiamq; ueritatis maledictis incessunt. Quo tan-
 dem modo? eo uidelicet, quod Christus nullam iuſtitię
 in eſu, potu, uel ſlibus, locis, & humanis operibus po-
 nit,

TRADITIONES HUMANAS

nit, illi uero iustitiam, & iniustitiam in his rebus sita esse
doctrinam & uitam sua asseuerat p̄tinacissime. Proinde
Christus ab eis maledictis impeditur, mendacijs argui-
tur, atq; cū tota sua doctrina et fide repudiatur, ne ga-
turq;. Nihilominus tamē Phaleratis suis uerbis, obedi-
entiae, castitatis, et diuini ministerij pr̄textu, insatia-
bilem suā auariciā uelauerūt, atq; ita pro sua libidine
de nobis negotiati sunt, adeo ut totius mūdi fermē bo-
na corraserint, idq; nō alio modo, quād quod iactita
uerunt, se suis precibus, & diuino ministerio oībus
ijs cœlū mereri, qui aliqua beneficia in ipsos cōculis/
sent. Quādācā haud iniuria illorū ordines & doctri-
næ, à Petro sectæ p̄ditionis, et dei blasphemie uocātūr.

NON VS LOCVS est Matth ei. 24. cap.
Quum, inquit, dicent uobis, ecce hic est Christus, nolite credere. Quādoquidem Pseudochristi,
& Pseudoprophetæ exorientur, qui magna signa et
prodigia edent, adeo, si fieri posset, ut etiā in electos
seducturi sint. Ecce hæc omnia prædicto uobis. Quomodo
itaque ad uos dicent: Ecce Christus in heremo est, ne
excatis. Itē si dixerit: in penetralibus est, ne creditote.
Dic queso quis tandem Monachorū seruabitur? quis
libet etenim loco, cui se addixit, suam salutē acceptū
fert, diatq;: Hic meus est Christus: quoniā nisi hic man-
nerem, perirem, & damnarer: Christus uero respon-
det, ne quaquam istuc sum. Quis igitur hos concordes
faciet?

faciet: hercle (ut opinor) nemo. Quam ob rem ex hoc Christi uerbo liquet, omnes doctrinas, quæ conscientiam loco cuiquam alligat, addicuntq; Christo aduersari. Porro si Christus conscientiam loco alligari non uult, igitur nec iuictui, uestibus, ritibus, atq; alijs externis rebus eam addicere fas est. Proinde quum Pam cum suis spiritualibus id facere uidemus, dubium non est, quin hic locus appositissime in eos quadret. Præterea Christus ipse hic omnes sacerdotes, & Monachos à præstitis uotis liberat et absoluunt, propterea quod omnes ordines, & cœnobia damnant, dum inquit: Nolite credere, neque isthuc eatis.

In eandem quoq; sententiam Lucæ. 17. ait: Non ueniet regnum dei cum externorum rituum obseruatione, neq; dicitur: Ecce hic est, ecce illic: ecce enim regnum dei intra uos est. Nunquid igitur & hic locus clarus, et efficax ad humanas traductiones resellendas est? Humanæ namq; doctrinæ nihil aliud, præter externas res docere, & statuere possunt. Iam quum regnum dei in externis rebus situm non sit, fieri non potest, quin à scopo aberrent, & hallucinentur humana traditionum, & doctores & discipuli.

Neque uero hac techna elabentur, quod dicunt, se sanctorum patrum uestigij insister, qui ordines istos Monachorum inuierint. Quandoquidem Christus hunc quoq; praetextum eis amouit, quum ait: Electi

etiam

TRADITIONES HUMA. VITAN.
etiam si fieri posset, in errorē ducētur, hoc est, electi
quidem hallucinabuntur, sed in errore nō persevera-
būt. Nullus enim insignis error futurus erat (quem
Christus hic predixit) nisi & electi errassent, &
errarent. Ut ut igitur sanctorum patrum doctrine,
& exempla sint, Christi uerba certa, & manifesta
sunt. Cui ictus circa p̄e sanctis magis parendū est, quod
eorū doctrinæ & opera incerta sint. Itē quod id quod
supra dictum est, in illorū traditiones uergat: Regnū,
inq̄t, dei intra uos est, neq; extra uos est, hic aut illuc.

DE C I M V S L O C V S Solomonis est,
Prouer. 30. cap. Verba, inqt, dei ignita sunt,
sautumq; oibus ijs, qui eis innituntur, fidutq; nihil il-
lius uerbis addas, ne te castiget, atq; mēdacijs arguaris.

Hæc in præsentiarū Epilogi cuiusdam uice dicta
sufficiant, quoniamquidem multo plures locos huic
rei seruientes passim in Prophetis repperire est, præ-
sertim apud Hieremiam. De qua re nos in libello de
cōfessione latius differuimus. Solomon itaq; hoc in
loco per Epilogum colligit & concludit, eum menda-
cem esse, qui diuino uerbo aliquid addit: solo nanque
dei uerbo hominū conscientie erudiendæ ac docendæ
sunt, authore Christo, Matth. 23. Ne patiamini, in-
quit, uos magistros uocari, quādoquidem unicus ue-
ster magister Christus est.

A M E N.

Eruditio

ERVDITO

VIRO CONRADO FABRITIO,

cœnobij Ioannitarum, apud Cußnachenseis,

commendatori, Mœcenatiq; suo fauens/

tissimo, Ioan. Molitor Rhei-

licanus S. D.



EO OPTIMO MAXI
mo genus humanū rursum mi-
serante, Euangeliū, quod ha-
ctenus ob nostra delicta, &
philosophastrorū inertia, ob-
scuratū fuerat, iam ueluti post/
liminio ad nos redijt, adeo ut

Propheticū illud de uniuersis gentibus dictum, nunc
quoque iure optimo de nobis dici queat: Populo, in-
quit, qui in tenebris sedebat, ingens lux orta est. Eō
usq; enim ignorantie, immo uesaniae processimus, ut
malum bonū, & bonum malum, quemadmodū Pro-
pheta ait, dixerimus. Nam pro mala re habitum est,
carnibus statim quibusdam diebus uesci, quas tamen
deus, uia Paulus inquit, ideo creauit, ut cum gratiarū
actione sumantur. Itcm à re uxoria abstinere bonum
uisum est, etiam si aliquis continendi gratiam minime
haberet,

EPISTOLA

haberet, et omnis generis libidine se inquinaret, aduersus Apostoli sententiam: Satius est matrimonium cōtrahere, quam ura. Item propter scortationes unusquisq; suam uxorem habeat, & queq; suum maritū. Ad hæc quod caput omnis iniustitiae, & impietatis est, iustitia operibus, non fidei tributa, dum Sophiste ex Aristotele suo, omnī hæresum seminatore & auctore, docuerunt hominem secundum rectæ rationis dictamen (sic enim loquuntur) & ex liberi arbitrij uitribus bonū opus facere posse, adeoq; merito (uti uocant) de cōgruo gratiam mereri. Quæ inquam persuasa doctrina omnium animos ita occupauit, ut (tamen si Euangelij splendor resulserit) haud facile ex eorum cordibus eradicari possit: propterea quod non tantū rationi humanae sic persuasum sit, & aliter ex se se sentire minime queat, sed etiā aliquot scripture locos sibi in speciem suffragātes, habeat, ueluti is, & complures alij sunt: Facite uobis amicos de Mammona iniusto. Item: vñusquisq; secundū sua opera mercédē accipiet. Præterea, Esuriui, & me non cibasisti, sitiui, & nō dedistis mihi potum, nudus & lacer fui, ac non amiciuisti. Proinde quum Theologasti his & consimilibus locis, Euangelicæ iustitiae, quæ per fidem est, adsertores nunquam non urgeant, Lutherus contentionem de iniusto Mammone pro rostris habuit, ac deinde typis stanneis eandem excudi curauit, ut

Euangelicæ

Euangelicæ ueritatis studiosi haberent, quo philosoi
phastrorum impura ora obturarent. Porro quom uer
nacula lingua perscripta eſet, eam pro mea ingenij
tenuitate, Latinitati donauī, ut nō tam nostratibus,
quam exteris, ac Germanicæ linguae imperitis pate
ret. Itaq; ad tuam humanitatem eam mittere decre
ui, ut tua acutissima lima expoliatur, ac postea, niſi
prælo indigna tibi uisa fuerit, sub nominis tui auſpi
cio in lucem exeat. Quocirca quæſo chartaceum hoc
munuscum, & nostri agelli primitias serena fronte
ſuscipias, boniq; consulas, olim fortassis quum di
ligenti cultura fertilior factus fuerit, tibi ubiores fru
ctus producet. Vale, ac me tue eruditioni com
mendatū habe. Ex Vittenberga. 8. Idus
Decemb. Anno restauratæ ſa
lutis. 1522.

e Proemium.

PRO O E M I V M .



V A N Q V A M H A C T E
nus in Euangeliorum, & Epis-
tolarum enarrationibus, atq;
alijs nostris lucubrationibus,
quid Christiana libertas sit, itē
quæ bona opera sint, satis abun-
de scripsferimus, ut pote quo-
modo sola fides sine operibus iustificet, ac deinde be-
ne operetur, adeo ut iure mihi post hac de his silen-
dum esset, atq; uniuscuiusq; intellectui & spiritui,
omnia Euangelia proprio Marte exponendi, ac intel-
ligendi copiam faciēdam esse putem. At sicuti video,
hæc plerisq; nondum inhæserunt, neq; fructifera fue-
runt, quod adhuc scripturæ locis, operum iustitiā præ-
se ferentibus, perterrentur. Quocirca opera & precium
esse intelligo, ut aut omnia Euangelia enarrem, aut
ubiq; eruditos diuini uerbi præcones constituam, qui
hæc uiua uoce enarrent. Hodiernum itaq; Euange-
lium sic se habet, ut si citra spiritum, & mera huma-
naratione metiaris, pro nostris sacrificulis, ac Mona-
chis nihil & que facere uideatur: nam eo modo innat-
e eorum auaritiae, proprijsq; erigendis operibus ma-
xime conduceret. Quoniam cum Christus ait: Facite
uobis amicos de mammone iniquo, ut quem deficeris-
tis, in æterna uos tabernacula recipiat, ipsi tria inde
aduersus

aduersus nostram doctrinam, atq; adeo fidem detor-
tissime colligunt. Principio nempe docuimus solam
fidem iustificare, atque à peccatis vindicare. Se-
cundo omnia bona opera ex mera charitate, & gra-
tuito in proximum conferenda esse. Tertio, Sanctorum,
aut aliorū quorumcūq; meritis neutiquā esse fi-
dendum. Primum igitur Christi hoc loco authoritas
impugnare uidetur, quum ait: Facite uobis &c. per-
inde ac opera nos ex inimicis, amicos reddere que-
ant. Secundum itidem hoc pessundare putant, dum
inquit: vt uos in perpetua tabernacula recipient.
Contra tertium item hoc facere arbitrantur, quod di-
cit nos ab amicis nostris in perennia tabernacula re-
cipi posse, quasi iuberet nos Diuis propter æternam
uitam ministrare, atque ipsorum meritis, &
precibus niti. Iccirco ad hæc propter in-
firmos adhuc in fide,
respondebimus.

DE INIQVO MAM/
AD PRIMVM, VNICAM FIDEM
IVSTOS, AC DEO AMI-
COS REDDERE.

STVD ITA QVE FVNDAMENTUM inconcussum esse oportet, fidem sine omniū operum, meritorum respectu, mortaleis deo recōciliare, atq; amicos facere, quemadmodum Paulus Rho. 3. inquit: Arbitramur hominem per fidem, sine legis operibus iustificari. Item Rom. 4. Abrahamo fides sua ad iustitiā reputata est, sicuti & nobis. Præterea Rho. 5. Iustificati per fidem, pacem erga deum habemus. In super Rho. 10. Corde creditur ad iustitiā. Isti, & consimiles pleriq; alij loci fortiter tenēdi sunt, atq; ipsis inconcusse innitendum, ut soli fidei, citra operū respectum, peccatorum remissio, ac iustificatio tribuantur. Atq; ut rem liqdo intelligas, Christi parabolē Matth. 7. ob oculos, exempli uice pone: Bona arbor, bonos fructus fert, Mala uero, malositē fructus producit. Hic uides, fructus arboreū nō bonā reddere, sed sine oībus fructibus, & ante omneis fructus, arboreū bonā esse, aut fieri necessum est, ueluti Matth. quoque. 12. Christus ait: Aut arborem bonam facite, & tum bonos fructus feret: aut arboreū malā facite, tunc malos fructus producet. Qui possetis bene loqui cum uos

uos mali sitis? Proinde uerum est hominem sine ope-
ribus, ac ante omnia bona opera iustum esse oportet,
ita ut clarum sit, impossibile esse, quempiam per
opera iustificari, nisi iam ante iustificatus fuerit, quā
operaretur. Quandoquidem Christus solide hoc con-
firmat, cum inquit: Quomodo bona loqui potestis,
quum ipsi mali sitis? Sic etiam, Qui fieri posset, ut
bene operaremini, cum mali sitis? Propterea hic
maxime concluditur, quiddam maius, & pretiosius
cunctis operibus esse, per quod homo iustificetur,
atq; iustus sit, antea quam bene operetur: haud se-
cūs, atq; corporaliter ipsum sanum esse necesse est,
antequam operetur, ac sana opera faciat. Porro hēc
illa magna, & pretiosa res diuinū uerbum est, quod
in Euangeliō, dei gratiam per Christum prædicat,
exhibetq;. Quisquis hoc audit, et credit, is demū per
id iustificatur. Ideoq; uerbum uitæ, gratiæ, & remis-
sionis uocatur. Qui autem non audit, neq; credit, is
nullo alio modo iustificari potest. Petrus enim Acto-
rum 15. deum per fidem corda purificare ait. Quia
cuius efficacia uerbum est, eiusdem etiam cor fit, quū
uerbo credit, atq; adhæret. Atqui uerbum uiuificū,
iustificans, uerax, purum, ac bonum est etc.

Quid igitur ad hos locos dicemus, qui adeo uehet
menter ad opera urgent, præsertim quū dominus hic
quoq; inqt: Facite uobis amicos de iniusto Māmone.

DE INIQUO MAM

Item Matthæi 25. Esuriui, & me non pauiistis ete.
Atq; his consimiles, qui omnes hoc prætendere uidentur, perinde atq; operibus iustificari necessum eßet?
In hunc modum respondebimus, utpote quo spiam esse, qui Euangeliū, & fidem prædicari audiunt,
aut ipsi legunt, auditaq; protinus approbant, atq; id
demum fidem uocant, quod quisq; sibi imaginatus fuerit. Eò siquidem suis tantū cogitationibus perueniunt, ut sibi ipsis persuadeant fidem quam piam rem eſſe, quæ in suo cuiusq; arbitrio stet, ut accipiat, uel
deponat, quemadmodum alia naturalia, & humana opera sunt. Iccirco quum eiusmodi cogitationem in animo habent, quæ ita scriuit: profecto haec doctrina uera est, credoq; rem se hoc pacto habere, atq;
ibi tum fidem adesse arbitrantur. At quum uident, in semetipsis, alijsq; sentiunt nullam animi immutationem fieri, neq; bona opera sequi, adeoq; se in
pristino uiuendi modo perseverare, tum fit, ut fidem ad iustificationem non sufficere, & quiddam amplius, ac maius ad eam consequendam requiri, putent. Isthuc postea toto nisu contendunt, uociferantur, ac dicunt, age sola fides non sufficit. Quamobrem? ideo nempe, quod multi fideles sunt, nihil tamen plus, quam antea, faciunt, neq; ipsi se aliter, quam antea, affectos sentiunt. Atq; isti sunt, quos Iudas in sua Epistola, somniatores uocat, qui si bi metipsis

metipsis suo somnio imponunt. Quid enim quæ so
aliud ista eorum imaginatio, quam fidem nominant,
est, quam somnum, et nocturnum de fide spectrum?
quod ipsi ex suis uiribus, et circa dei gratiam, in cor
dibus suis imaginati sunt. Isti, inquit, post hac multo
deteriores, quam antea unquam, sunt: quoniam eis
id contingit, quod dominus Matthæi. 9. inquit, ut cum
mustum in ueteres utres fuderint, utres postea rum-
pantur, id est, diuinum uerbum audiant, neq; tamen
scruent. Propterea disrumpuntur, peioresq; sunt.
Porrò uera fides, de qua nos loquimur, haud ex noi
stris frigidis cogitationibus nascitur, sed merū dei op-
pus, circa nostram operam, in nobis factū, cœu Apostolus Ro. 5. ait, diuina gratia est, nobis per Christū
parta. Proinde ea quoq; fides magnifica, officiosa, la-
boris patiens est, quæ homines uelut innouat, regene-
rat, ac prorsus in nouū uite genus, et modum trans-
fert, adeo ut impossibile sit, quin continue bene ope-
rentur. Quandoquidem sicut arbor sua natura fructu
producit, sic bona opera fidem naturaliter cōse-
quentur. Et quemadmodū opus nō est, ut arbori im-
peremus, ut si fructū ferat, sic itidē iusto nulla lex, ue-
luti Paulus. 1. Timo. ait, posita est, neq; necesse id
est, ut bene operetur, uerum sua sponte ingenue, et
nullo cogente bene agit, haud secus atque sine man-
dato, et spontaneo dormit, edit, potat, uestit, uidet,

DE INIQVO MAM/

audit, loquitur, graditur, atq; stat. Qui uero hac sit
de caret, multa de fide, ac operibus blaterat, ipse ne/
scies quid effutiat, quoue sua uerba spectent, quoni-
am ea non expertus est, sed homines tantummodo lu-
dificatur, scripturasq; de fide, & operibus loquen-
tes, ad suum somnium, & cogitationem, quæ huma-
num opus est, detorquet, cum tamē scripture fidem,
et charitatem, nō nobis, sed deo acceptum ferat. Nun/
quid ergo peruersa, & occācata gens est? Docēt eti-
nim nos nullum bonum opus ex iuribus nostris face-
re posse, nihilominus tamen summum dei opus, nem-
pe fidem, proprio Marte, ex uanisq; suis cogitatio-
nibus, facere nituntur. Quapropter dixi, de nobis pe-
nitus desperandum esse, deumq; orandum, Apostolo-
rum more, ut fidem nobis præstet. Atq; quom hanc
assequui fuerimus, nulla alia re opus habebimus,
quia ipsa S. spiritum secum affert, qui tum non so-
lum omnia docet, uerum etiam magnifice exequi-
tur, nosque tandem per mortem, inferos, ad ater-
na gaudia perducit.

Attēde itaq; (ut redeamus, unde digressi sumus)
ob istiusmodi somniatores, & simulatæ fidei adserto-
res, hos potissimum de opibus locos cōscriptos esse, nō
hac ob causam, ut per ea iustificemur, sed ut per ea,
tanquam per Lydiā regulam, uera fides à facta im-
ter noscatur: quoniam ubi fides re uera est, illuc &
bene

bene operatur, quod si nō fecerit, haud dubie somnū, et falsa fidei imaginatio est. Proinde sicuti fructus in arbore, arborem bonam haud faciunt, arborem tamen bonam esse ostendunt, externe q; testificantur, uelut Christus ait: Vnaquæq; arborum ex fructibus suis cognoscitur: ita eos quoq; ex fructibus suis cognoscetis.

Ex his itaq; uides, permultum discriminis habere, iustum esse, aut cognosci, iustum fieri, seu iustitiam ostendere. Fides equidem iustificat, at opera, fidem & iustitiam palam faciunt. Atque hic tropus scripturae, cum mortalibus cōmuniſ eſt: perinde enim ac pater ad filium diceret: Vade, ac misericordiam, beneuolētiā, ſue beneficētiā huic, uel illi pauperi exhibe-to. Atq; dum hæc ei cōmittit, non præcipit ut miseri-cors, beneficuſ, beneuolusq; fiat: ſed quum iam ante talis ſit, uult ut hæc aliquando extero opere, factōue declaret, adeoq; ut bonitas, qua ipſe ſolus fruitur, alijs quoq; maniſtetur, atq; cōmodo ſit. Eò itaq; omnes locos de operibus referto, uidelicet deū uelle, ut accep̄t̄ a fidei iustitia aliquando erumpat, ſeq; oſten-dat, alijsq; bono ſiat: atq; hoc ideo, ut falsa fides co-gnoſcatur, eradicitur q;. Quoniāquidē nemini gratia ſuam ita largitur, ut torpeſcat, neminiq; cōmodet: ſed ut foeneretur, atq; per confeſſionem, maniſtam ue- oſtentationē cunctos ad deū prouocet, uelut Christus Matth. 5. ait: Lux ueſtra coram hominibus luceat, ut

DE IN I QVO M A M/

uestra bona opera uideant, deumq; p̄aenitio extollat.
Alioqui enim iustitia nostra, p̄inde se haberet, atq;
de fōbus thesaurus, & occulta sapientia, que quid
quaeso conducunt? Quinetiam iustitia nō alijs solum
manifestatur, sed sibi ipsa etiā certior fit, quod uera
sit, ceu Pet. 1. Epist. 1. cap. inquit: Studete bonis ope-
ribus, ut uestra elec̄tio solidetur, firmeturq;. Quia ubi
operā non sequuntur, homo incertus est, an recte cre-
dat; imò tum certus est fidem suam uanam, & quod/
piam somniū esse. Nam Abrahamus Gen. 22. de sua
fide, & dei timore, per filij sui oblationē, certior fa-
ctus est. Sic enim scriptura ait: Nūc scio quod deum
times, id est, nunc certū est quod deum timeas, quum
tuo unico filio, mea cauſa, non peperc̄eris. Quocirca
hoc pro persuasissimo habeto, hominē interne, & in
spiritu, coram deo, per solam fidem, citra opera iusti-
ficari, sed externe, atq; palam, coram hominibus, pe-
nesq; seipsum, operibus iustificari, hoc est, per opera
congnoscit, ac certior fit, se intrinsecus, uere credere,
iustumq; esse. Atq; ita hoc manifestam iustificationē,
illud internam uocare poteris: sed hoc tamē pacto, ut
illa fructus tantū huius, & specimen sit, nō ut homo
corā deo per illam iustificetur, sed ut iam ante corā
eo iustus fuerit, neceſsum est: haud aliter ac arboris
fructus manifestam bonitatē uocare queas, que sequi-
tur, atq; internā arboris naturale bonitatem indicat.

Atq;

Atq; hoc demum Iacobus in Epistola sua uult, cū inquit: Fides absq; operibus mortua est, id est, dum opera nō sequuntur, certissimū indicium est, nullā adesse fidem, sed inanem cogitationē & somnium, quod illi falso fidem uocitant. In hunc igitur modū Christi uerba intelligimus: Facite uobis, &c. hoc est, palam ex-ternis eleemosynis, uestrā fidē facite, ut amicos nan-escamini, ut pauperes manifesti operis, & ueræ fidei testes esse possint, q̄i externa largitas per se nunquā amicos faceret, nisi ex fide manaret: præsertim quum Christus Matth. 6. Pharisæorū eleemosynā reiçiat, ideoq; nullos inde amicos fieri putet, propterea quod eorum corda falsa erāt: atqui nullum cor citra fidem iustificatur, adeo etiam, ut natura fateri cogatur, nullum opus iustificare, sed cor iam antea iustum, ac bonum esse oportere.

AD SECUNDVM, OMNIA OPERA
libera, & gratuita esse, neq; aliquid inde
commodi sperandum esse.



VIC, CHRISTI dictum Matth.
to. accedit: Gratis accepistis, gratis da-
te: quemadmodū enim ipse cunctis suis
operibus cœlū non promeruit, quia iam
antea eius erat, sed nobis in his ministravit, nullo pri-
c 6 uati

DE INIQVO MAM,

uati commodi respectu, nostrū tantū cōmodum, & patris uoluntatē resticiens: ita nobis quoq; faciendū est, ut nullo nec terreno, neq; cœlesti quæsito p̄mio, sed dei honorem quærentes, libere, gratuitoq; proximis bene faciamus. Cui sentētiae Paulus Philip.

2. subscriptit: Imitamini Christum, qui cum in dei for
ma ēset, serui formam assumendo, se humiliauit, id
est, satis pro se habuit, nempe omnē diuinitatis uber
tatem possidens, attamen nobis ministravit, seruusq;
noster factus est. Quia quom fides iustificet, pecca
taq; coram deo oblitteret, uitam etiam, et salutem tri
buat, foret ut magna ignominiae nota afficeretur si
quis aliquo uitæ generc, facto'ue id cōsequi uellet qđ
fides iā ante habet, secumq; fert, haud secus ac Chri
stus sibi ipsi notam inuississet, si hanc ob causam be
ne operatus esset, ut dei filius, omniumq; dominus
fieret quod antea erat. At qui fides nos dei filios facit,
Ioannis .i. Dedit eis potestate filios dei fieri, ijs, qui
in nomē ipsius credūt. Quod si filij, igitur & hære
des. Ro.8. & Gal.4. Quomodo ergo quippiam ad
hæreditatem nanciscendam facere quimus, quā prius
per fidem nacti sumus?

Porro quid tum ad hos locos dicemus, qui ad ope
ra, propter æternam uitā consequendam urgent, si
cuit iste: Facite uobis etc. Et Matih. undevigesimo: Si
nis uitam æternā ingredi, diuina mandata seruato,
quin

quinetiam Matth. 7. Colligite uobis thesauros in cœlo. Respondeamus, incredulos de præmio, perinde atq; de operibus cogitare, ac loqui, quia humano captu hæc metiuntur: proim de cœlum suis operibus merent dum esse autumant. Quæ etiam somnia & uanae cogitationes sunt de quibus Malachias loquitur: Quis ex uobis est, qui ianuam mihi gratis claudat? Quapropter tales serui, & mercenarij lucro inhabantes, sunt, qui præmium suum hic assequuntur, ueluti pharisei suis orationibus & ieiunijs, Matthei. 3. Porro ita se res cum præmio habet, quemadmodum opera fidem naturaliter consequuntur, uti supra dictum est, ita ut non necesse sit ea præcipere, impossibile enim est, quin fides hæc faciat, nisi quod iccirco precepta sunt, ut uera fides, à falsa dinoscatur. In hunc itaq; modum eternum præmium naturaliter, & non quæsumum etiam, fidem subsequitur, ita ut fieri non possit, quin se mutuo consequantur, etiam si illud nuncquam petatur, aut queratur. Sed enim hanc ob causam præmij metio fit, promittiturq; ut qui fidei somniatores sint, et qui ex corde credant, cognoscantur, atq; omnes sciant, quid sua sponte post bene peractā uitam sequuturum sit. Sumatur huius rei crassissimum exemplum: Ecce scriptura infernum, & mortem peccato quoq; minitatur, atq; ipsum etiam minime quæsita, sed suapte natura sequuntur, quoniam iccirco

DE INIQVO MAM-

iccirco peccat nemo, quod damnari cupiat, quinimo
cuncti damnationem subterfugere nituntur, atta-
men ea subsequitur, neq; eam annunciare opus eſet;
quia mors peccati individualis comes eſt: sed ideo an-
nunciatur, ut constet quid post prauam uitam futu-
rum sit. Perinde uero ut hic prauam uitā suum præ-
mium manet, sic integrā quoque uitam præmium
etiam non quæſitum sequitur, haud securus atq; quum
bonum uinum, aut uappam potas, etiamſi ob sapo-
rem non bibas, attamen is sua ſponte, & naturaliter
sequitur.

Quum itaq; Christus ait: Facite uobis amicos,
thesauros colligite, et his similia, ecquid hanc senten-
tiam eſſe uides? bene operare, tum fiet, ut ſua ſpon-
te amici, cœleſtes theſauri, eternumq; præmium te ma-
neant, ita ut oculus tuus ad bonam tantummodo ui-
tam reſpiciat, neq; de præmio ſolicitus ſis, ſed hoc
abunde ſatis tibi ſit, quod ſas, & certus es, illa ſequi-
tura eſſe, deoq; harum rerum curam committito.
Quoniamquidem præmium reſpicientes, ſocordes,
& ignavi operarij fiunt, præmiumq; plus quam la-
borē, diligūt, adeoq; eū odio pſequuntur. Atq; ita tan-
dem diuina uoluntas, que laborare præcipit, odit:
eiusmodi deniq; cor diuinorum mandatorum tædet.

Ad

AD TERTIVM, NON SANCTOS,

sed solum deum in æterna nos tabernacula
recipere, premiaq; dare.

QUOD ADEO clarum est, ut cōfir-
matione nō indigeat: nam, qui possent
sancti nos in cœlū recipere, quum eorū
q̄libet opus habeat, ut solus deus ipsum
cœlo donet, atque quisq; pro se uix satis habeat, uti
prudentes uirgines Matthæi. 25. indicant, quæ oleum
suum imprudentibus impertire noluerūt. Et i. Petri.
4. Iustus, inquit, uix seruabitur. Ac Christus Ioan. 5.
Nemo in cœlum ascendit, nisi qui descēdit, filius ho-
minis, qui in cœlo est.

Quid tum igitur ad hoc dicemus, quod Christus
inquit: Facite &c. ut in æterna tabernacula uos re-
cipiat? Principio sic respondemus, hūc locū de sanctis,
in cœlo agentibus ne hilū quidē loqui, sed de paupe-
ribus, et miseris hic degentibus, adeo q; qui nobiscū
uiuit, quasi diceret: Quur tēpla, et collegia ædificas?
quid item Diuorū ut pote me & matri, Petro, Paulo,
atq; alijs sanctis defunctis, ueneratiōes instituis? ipsi
nec hoc, neq; alio quoconq; tuo ministerio opus ha-
bēt. Quinetiā tui amici nō sunt, sed illorū, q; suis tem-
poribus uixerūt, de eisq; benemeriti sunt, tu uero tuo
rū amicorū curā habe, hoc est, pauperū, q; tuo seculo,
¶ tecum

DE INIQVO MAMON

¶ tecum uiuant, uicinum tuum, qui tua opera indiget, de tuo mamnone amicum tibi facito. Secundo, haec sententia in eterna tabernacula recipere, non sic intelligenda est, ut hoc homines facturi sint, uerum ipsi occasio, & testes fidei nostrae, erga se ostense erunt: ob quam, inquam, fidem deus nos in eterna tabernacula recipiet. Haec etenim scripture preterit, quum inquit, peccata damnant, fides iustificat, id est, peccatum damnationis, & fides iustificationis causa est. Proinde ac communis loquendi modo fertur: Tua malitia infelicitatem tibi pariet, hoc est, Tua malignitas, tua infelicitatis premium, & occasio est. In hunc itaque modum amici nos in celum recipiunt, quando per nostram fidem, erga se exhibitam, eternae uitae consequendae occasio sunt, Hanc etenim de his tribus obiectionibus dictum.

Porro ad ubiorem Euangelij intellectum treis questiones hic moueri solitas, enodabimus, utpote quid Mammon sit. Secundo, Quis iniquus Mammon vocetur. Tertio, Quamobrem Christus nos iniustum aconomum imitari iubeat, qui tam cum domini sui detimento, priuato cōpendio studebat, quod nimis iniustum, peccatumque est. Ad primam itaque sic responderemus: Mammon Hebraica dictio est, significatque diuitias, aut fortunas, et eiusmodi, quae aliquis pro suo statu superuacuas habet, quibusque alios citra incommodum suum uiuare potest, quoniam hamon חמור

Hebraice

Hebraice copiam, magnitudinem, cumulum, aut multitudinem significat, inde mahamon, מַהָּמוֹן aut mammo מַמְׁוֹן, quod diuitiarum abundantiam sive facultatum libertatem notat, componitur.

Secundo, iniustus Mammon dicitur, non quod iniuste, fœnerandoue partus sit, quia ex inquis bonis, nemmo bonū opus facere potest, sed restituī debent, cœlū Esaias ait: Deus sum, qui uictimā præda acquisitam odit. Atq; ita uulgo dia solet: De tuis elemosynā largitor. Verum enim uero ideo iniquus Mammon uocatur, quod eo passim homines abutuntur, perinde ac Apostolus in Ephesij, dies malos uocat, cū tamen à deo creati, & boni sint. Atqui iccirco mali sunt, qd; mali homines eis in deteriorē partē utantur, multaq; peccata, offendicula, animarumq; pericula in eis sunt. In hunc itaq; modū Mammon quoq; iniustus est, quum mortales eo praeue, ad iniustitiamq; utantur. Quandoquidem ob oculos uidemus, ubi cunq; diuitiae sunt, illic fieri, quē modū fertur: facultates animosum, fastuosumq; reddūt. Nā propter has belligeratur, nēc tur, adulatur, deniq; omne malorum genus aduersus proximū patratur, ut diuitiae parētur, penesq; eas maneat, amplientur, diuiciumq; amicitia fruatur.

Imprimis uero coram deo iniustus Mammon est, quādo proximus eo nō iuuatur: nam ubi cunq; proximus meus re quapiā indigerit, neq; tamē, quum opulentus

DE INIQVO MAM/

lentus sim, do, sua cum re priuo, præsertim quum se-
cundū naturalē legem, cum iuuare debeam: Quod ti-
bi fieri cupis, alteri quoque facito. Præterea Chri-
stus Matth. 5. inquit: Omnibus te rogamibus dato. Et
Ioan. in sua Epistola: Si aliquis mundi huius dimitias
possideri, suumq; fratrē cōclusis misericordiæ uisceris
bus, egere uidet, qui charitas in eo manet? Atq; hanc
Mammonis iniustitiā pauci admodū uident, quia sp̄i
ritualis est, ac diuitijs iustissime etiā acquisitis adhæ-
ret. Atq; id demū eos fallit, quod se neminem iniusti-
tia afficere putant, quū nō crasse, & externe prædan-
do, furando, fœnerandōue, iniuste agant.

Tertio, cōplures se hic torquēt, quis nam iniquus
ille œconomus sit, quē Christus tantopere cōmendat.
Sed enim succincta, ac simplex hæc responsio est,
Christū œconomū nō ob eius iniustitiā, nobis exem-
pli uice proposuīse, quin potius propter suā pruden-
tiā, quod in medio iniustitiæ suæ adeo prudētere regit.
Haud secus atq; quempā ad uigilandū, orandū, aut
studendū prouocaturus, dicerē: vt iugulent homines,
surgūt de nocte latrōes, quur igitur tu nō uigilares, ut
ores, studeas' ue? Neq; enim hic latronū, aut furum
iniustitiam probarē, imò magis eorū prudentiā, quod
tam prouide ad iniustitiā perueniunt. Item cum dice-
rem, impudica mulier se auro, & serico ornat ac co-
mit, ut iuuenes in sui amorem pelliciat, quanto ma-

gis

gis tu spiritualiter, et in fide te comere debes, ut Christo placeas. Hic non scortationem, sed diligentiam qua abutitur, probo.

In hunc quoque modum Paulus Rho. y. Adamum Christum comparat, illumque huius imaginem fuisse ait, cum tamen me ab Adamo nil nisi peccatum a Christo aut meram gratiam acceperimus: quae duo supra modum inter se dissident. Verum similitudo et imago, mihi in imitatione, aut natuitate, non in uirtute natuitatis, aut uitio, sit et uidentur, ut quemadmodum Adam omnium impiorum pater est, ita Christus omnium iustorum. Et ueluti omnes peccatores ab uno Adam proficiuntur, sic omnes iusti Christo suam iustitiam acceptam ferunt. In hunc itaque modum hic oeconomicus nobis exempli uice propositus est, ob singularem tantum prudenter, qua in suo commodo promouendo usus est, ut nostrae animae itidem iuste hoc agant, quod ille iuste egit &c.

F I N I S.

BASILEAE ANNO POST
CHRITVM NATVM
M. D. XXV.
EXCVDEBAT THO/
MAS VOLFFIVS,

DA. M. T. T. T. M. M. M.

ludicribus etiam satis tunc benevolentia
tuncq; benevolencia tuncq; benevolencia tuncq;

Digito compescet labellum.

Dixisse, aliquando penitit, tacuisse nunquam.



Multa quidem audienda, pauca vero dicenda.

THOMAS VOLFFIVS.